

Nil temere vixi de seuis credere querenti  
Sepe etenim mulier quem coniunx diligit odit  
. Cuius mones aliquem nec se velit ipse monere  
Si tibi fit charus noli defistere ceptis  
. Contra verbosos noli contendere verbis  
Sermo datur cunctis, animi sapientia paucis  
. Dilige sic alios ut sis tibi charus amicus  
Sic bonis esto bonus ne te mala dama sequantur  
. Rumores fuge ne incipias nouus auctor haberi.  
Nam nulli tacuisse nocet, nocet esse locutum  
Rem tibi promissam certam promittere noli  
Rara fides ideo est quia multi multa loquuntur  
. Cum te aliquis laudat iudex tuus esse memetos  
Plus alijs de te quod tu tibi credere noli  
. Officium alterius multis narrare memetos  
Aut alijs cum tu beneficeris ipse fileto  
. Multorum cum facta senex et dicta recenses  
Fac tibi succurrat iuuenis que feceris ipse  
. Ne cures si quis tacito sermone loquatur  
Conscius ipse sibi de se putat oia dici  
. Cum fueris felix que sunt aduersa caueto  
Non eodem cursu respondet ultima primis  
. Cum dubia et fragilis sit nobis vita tributa  
In morte alterius spem tu tibi ponere noli  
. Exiguum munus cum dat tibi paup amicus  
Accipito placide, et plene laudare memetos  
. Infantem nudum cum te natura creauit  
Paupertatis onus patienter ferre memetos

a 15